339 [= 643] basis rescripta; prioris scripturae vestigia multa remanent. Canusii in aed. Sabini Acquavite, *largo S. Sabino.*

A T H E N A S I
L · ANNIO · L · FIL · OVF
RVFO · E · V · IN OMNI
ACTV · VITAE · SVAE ·
PATR · COL · HVIC · POPV
APVT · IVDICES · EQVES ·
TREM · POSTVLASSET sic
CONTENTVS · HONOREM sic
STATVAE · PEDESTRIS ·
VOLVNTATI EORVM GRA
TIAM RETVLIT

Descripsi ego; recognovimus Nissen et Hirschfeld et ego ipse. Henzen 7154 ex ed. 1.

L. Annius Rufus nominatur in albo Canusino a. 223 4, 25 inter praetextatos. Iudices Henzeno magistratus municipales esse visi sunt; sed ii sic nusquam appellantur magisque crediderim iuridicos significari. De correctoribus Apuliae et Calabriae vix cogitari poterit, cum titulus saeculi tertii magis videatur esse quam quarti. — 5 fin. excidit CVM.

340 [= 644] olim ad pontem Canusinum, nunc Canusii in aed. Sinesi.

L · ANNIO
L · FIL OVF
RVFO PATRONO
OB INSIGNEM ET
INCOMPARABILEM
MVNIFICENTIAM
EIVS EX CONSENSV
VNIVERSORVM

Descripsi ego; recognoverunt Nissen et Hirschfeld.

341 [= 650] Canusii *strada de' palazzi.*

vi|R · AEDILI · BAEBIAE · ARBVSCVLAE
quaest|ORI
NICE · MATRI

Descripsi ego et recognovi. Mola p. 36, ex eo Castaldi p. 20.

1 male BAEBII pro R·AEDILI Mola Cast.

342 [= 649] Canusii rep. in aedibus prope cathedralem ecclesiam ibidemque affixa.

SEX · MVTRONIO · SEX . . . .
IIII · VIR · PLEPS · . . . . . .
MVNICIPI · CANVSINI
QVOD · EOS · ANNONA
. . . .

Mola p. 36, ex eo Castaldi p. 20.

343 [= 651] *a* in fistulis plumbeis rep. ad monasterium Franciscanorum, quarum una in museum publicum Neapolitanum illata est MOLA. Ibi hodie non extat.

b in fistula plumbea diam. m. 0.24, quae pars fuit aquaeductus reperti Canusii a. 1867 ab Eduardo Cerillo architecto.

REI · PVB|LICAE · MVNICIPVM · CANVSINORVM
SV|B · CVRA · L · EGGI · MARVLLI
|LVS · IS · ADIECTV

a Mola p. 38; Castaldi p. 8 a Forges.
b Corazzini *Bull. dell' inst.* 1875 p. 150.

1 . . . . . LICÆ Corazz. — MVNICIPVM Cast., MVNICIPIVM Mola, MVNICI//M Corazz. — CANVSINO . . . . Mola Cast. — 2 . . . B·CVRA Corazz. — MARVLLI Mola, MARYLLI Cast. Corazz. — 3 non habent Mola Cast.

L. Eggius Marullus vix est consul ordinarius a. 184; nam ante id tempus, quo is curam suscipere potuit, Canusini ex municipio in coloniae formam videntur translati esse.

344 [= 652] Canusii in pariete exteriore eccl. S. Carmeli.

. . *a*ELIO · AVG · LIB
*aur*ELIO · APOLAVSTO
p a N T O M I M O
*aug*VSTALIVM · QQ
*hier*ONICE · TEMPORIS
SVI · PRIMO
*col*ONIA · AVRELIA
*au*G · PIA · CANVSIVM
D · D

Tria exempla extant Stephanonii p. 121 (inde Gud. ms. 43, 1, ed. 189, 6; Donius 4, 52 et ex Donio Mur. 659, 3; Orelli 2630) et Pratillii p. 137 cum supplementis et Molae *peregr.* p. 33 (inde Castaldi p. 19).

1 L·AELIO Prat., qui deinceps quod in supplemento posui dat quasi in lapide legisset. — 2 . . . LIO Mola. — 3 . . . TOMIMO Mola. — 5 . . . ONIC·E (non ONIS·E, ut referunt Gud. et Don.) ·TEMPORIS Steph., ... TEMPORIS Mola, HIERONICAE·TEMPORIS Pratilli. — 6 SVI Prat., SVE Steph., om. Mola. — 8 init. G om. Mola.

Adscripsi quae de hoc pantomimo praeterea tradita accepimus. Inscriptio urbana (Grut. 313, 8 = Orelli 2160): *L. Aurelio Apolausto Memphio Augg. lib., hieronicae coronato et ton dia pandon* (i. e. τῶν διὰ πάντων, cf. Boeckh ad C. I. Gr. n. 1585), *Apollinis sacerdoti soli vittato, archieri synhodi et Augg., L. Aurelius Panniculus qui et Sabanas patrono optimo.* Altera Campana (Donius 4, 53; Mur. 659, 2; Orelli 2628): . . *Aurel* . . . *Apolausto hieronico bis coronato et diapanton, parasito et sacerdoti Apollinis, August(ali) Capuae maximo.* Tertia Fundana (I. N. 4140): *L. Aurelius Aipolaustus pantomimus Mem[f]ius Mercurio invicto votum solvit.* Verus ad Frontonem 1, 2 (cf. quae scripsi Hermae vol. 8 p. 212): *quem ego facile et omnibus spectantibus et te si spectaveris teste revincam Pyladem magistro suo istum tanto meliorem esse quanto sit Apolausto similior.* Athenaeus 1, 36 p. 20c: ὁ σύμπας δῆμος τῆς οἰκουμένης τὸν ἐφ' ἡμῖν, φησί, φιλόσοφον ὀρχηστὴν Μέμφιν ἐκάλεσαν ἀπαρχαΐζοντες τὴν διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ κίνησιν τῇ τῶν πόλεων ἀρχαιοτέρᾳ καὶ βασιλικωτέρᾳ. Vita Veri c. 8: *habuit* (Verus) *et Agrippum histrionem, quem et ipsum e Syria velut tropaeum Parthicum adduxerat, quem Apolaustum nominavit.* Vita Commodi 7: *etiam Apolaustus aliique liberti aulici pariter interempti sunt.* Manumissum esse nomina ostendunt a duobus Augustis M. (Aelio) Aurelio Antonino et L. (Aelio) Aurelio Vero; titulus igitur positus est imperante Marco. Canusii autem factus est Augustalium quinquennalis, ut Capuae Augustalis maximus.

345 [= 653] Canusii RED.; ante ingressum portae PAGLIA; *murata nella facciata del Carmene for de Canosa* STEPH., similiter MOLA.

A P R O N I A E
M · L · I V N I C I
M · A P R O N I V S
E V A N G E L V S
AVG · DVLCISSIMÆ
ALVMNAE
L·D·D·D

Redianus liber f. 168 (inde Gudius ms. 922, 2, ed. ind. p. LXXXVII); Paglia cod. Vat. 5241 p. 590; Metellus cod. Vat. 6039 f. 364*i* ex Sim. Vallamberto; Victorius cod. Monac. f. 90 et apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 138; Stephanonius ms. p. 121 et apud Gudium ms. 38, 8; Mola *peregr.* p. 35 (inde Castaldi p. 37).

In vv. dividendis consentiunt auctores, etiam Redianus. — 2 IVNICI Steph. — 5 Æ litteris contignatis Pagl. Met. Steph.

346 Canusii in marm. oblongo frgm. ante Sabini *(sic)*.

T · AVIDIACCO T · L · APVLO AV

Servavit Metellus cod. Vat. 6039 f. 364*i* ex Sim. Vallamberto.

347 [= 654] litteris magnis et pulchris. Rep. Canusii 1794 in colle dicto Lamapopuli, postea ibi penes D. Traversa. Deinde Neapoli in museo.

A · DASIMIO · A · L · SODALAE
AVG
MVCIAE MAXIMAE
SEX · MVCIO · MAXIMO · AVG
ALBIAE · C · L · CERTAE · MATRI
CLODIAE · IVCVNDAE · NVTRICI
EX · TESTAMENTO · MVCIAE · MAXIMAE

Descripsi et recognovi. Mola p. 23. Castaldi p. 35. Fiorelli cat. n. 1496.

348 Canosae rep. a. 1862 ad portam Varrensem in via Cotignolana; extat in aedibus Forte *largo Colonna.*

MARIAE · HEVREMAE
VILLANI
P · LIBVSCIDIVS · COMVS
ARGENTARIVS · AVGVST
MARIAE · TRYPHERAE · VXORI
LYDE · LIBERTAE
COSMO · LIBERT · AVGVST

Recognovi a. 1873 descriptam ab Ottone Hirschfeld.

2 mihi est *Villani uxori.*

349 [= 655] Canusii.

S E X · S O T I D I V S
P R I M V S · A V G
FLAVIA · DVTA · MATER
TYRANNVS

Mola *peregr.* p. 28, ex eo Castaldi p. 16.

XIX. CANNAE (p. 34).

ad n. 319. Legitur in codice Neap. X. C. 79 in schedula olim solitaria sub praescriptione *in territorio di Melfi.* Varia lectio haec est: 5 SALPNO — 7 ET om. — SOTERIÆ — 9 THESMO.

XX. CANVSIVM (p. 34).

ad n. 333. Praesidis meminit Symmachus ep. 2, 43: *merita Sexionis, qui antehac Calabriam rexit, multi in bonam partem loquuntur.*

ad n. 342. 343. Cf. *Documenti ined. per la storia de' musei d' Italia* vol. 2 p. 14.

ad n. 345. Refert etiam cod. Senensis C. III. 27 f. 41' saec. XVI.

ad n. 351. Scribe Poggiocanosae. Collocat ibi iam Tullius Lazzari in epistula ad Olivierium, videturque fraudulenta transpositio proficisci ab Appiano Asculano (vide p. 494).

ad n. 353. 354. 368. 373. 392. 397 (nuper denuo prodiit). 398. Titulos hos edidit Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 195—197. Accuratas Fontanae indicationes, quo quis loco inventus sit, hic repetere nolui.

ad n. 364. Edidit item Garrucci syll. n. 1740, legens BARBATIVS, fortasse recte.

ad n. 370. Garruccius syll. n. 1741 ad exemplum suum.

ad n. 390. Delineatam edidit Garruccius quoque *graffiti de Pompei* ed. 1 (1854) p. 22, ed. 2 (1856) p. 33, unde sumpsit Ritschelius tab. III E. Illo loco addit in eodem sepulcro alibi vidisse se C·ER sequentibus ductibus incertis.

ad n. 410. In actis tabularii regii Neapolitani (unde publici iuris facta est *Documenti de' musei d' Italia* 4 p. 96) sic legitur excepta a Valentinio:

†
DEPOSITIO S+C M ACACI
QVI VIXIT IVXTVS PL M
XXXV ET DECESSET IN PACE
FEBRVARII EVTARICO FI p. C. 519
LICA V CONSVLE

ad n. 413. Reperta cum n. 410. Legitur integra sic in actis tabularii Neapolitani, unde simul edita est l. c.:

†
REQVIESCIT · IN PACE SC M
IVXTVS QVI VIXIT TANNVS
E XLV DECESSIT IN PACE
SVB DIE VI KAL AVGVSTI
GIOVE CONSVLE

6186 rep. a Canusio chiliom. IV Lavellum versus in regione q. d. Amacalucci, est apud Sabinum Luisi.

IVNIA · SEX · L · FAVSTA
SIBI · ET · IVNIAE · NOBILI
LIB · SVAE · ET · P · LIBVSCI
DIO · ~~FAVSTO · EQVI~~
ti romano?

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 195.

6187 Canusii rep. a. 1876 in fundamentis domus Sinesi *sull' estramurale di Santa Chiara,* extat in eadem.

VIVIT ·
A · CAECILIVS ·
NOMENCLATOR
IVXSTI
SEXTIAE · CORDIAE
VXORI · SVAE ·
SEXTIA · HAVE · ET · VAle

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 194.
7 hiatus non notatur.

6188 inter Canusium et Cannas in sepulcro latericio rep. et adservata cum n. 6189.

H L D L
L · BAEBIO · L · L · COSMO
BAEBIAE · L · L · DORCADI

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 193.

6189 rep. a. 1877 inter Canusium et Cannas senis chiliom. ab utroque oppido ad dextram Ofanti in loco q. d. *Prefico*, est apud Sabinum Gazzilli.

DECIMIA · Ɔ · L
ZOSIMA
P · DECIMIVS · Ɔ · L
EROS · LIB

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 193.

6190 Canusii in limine aedium Donati Matarrese.

A · F · PROPINQVO
Ɔ · A · F · LEGITIMO
Ɔ · A · F · EMPORO
IAE · MODESTAE
ACINTHO
ITI

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 197.

6191 in sepulcro ex vivo saxo excavato rep. a. 1878 una cum denariis tribus liberae rei publicae a Canusio metr. MMD meridiem versus in loco q. d. *Pietra caduta,* est apud Gaetanum Storelli.

C · VETTIO · Ɔ · L
DRIMACHO
OSSIDIA · A · L
HEDYLIVM

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 192.

6192 extra Canusium qua Andriam itur in loco q. d. *Poggionuovo* rep. a. 1878 2 metr. sub solo una cum ossibus; est Canusii apud lapicidam Paulum Sardella.

POS CONSVLATVM D N ARCADI p. C. 393
AVG Et FLAVI RVFINI · VV · CC · CON
SS · DEPOSITVS BRIZINVS MAI
OR PROCVRATOR DEFVNT
DIE LVNIS IX KL IVNIAS OR
A DIEI SECVNDA VIXIT PLVS
MINVS ANNOS XLVII

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 192.

2 E traditur. — Legitimi consules hoc anno fuerunt Theodosius III et Abundantius; at in Occidente huius locum usurpavit Eugenius eumque tituli urbis Romae solum norunt. Hunc qui scripsit, ad neutram rationem sese applicuit, fortasse ut medius staret inter partes adversas. Sed magis erravit confundens consulatum et postconsulatum. Nam dies Mai. 24 anno 393 Martis fuit, anno praecedente 392 Lunae.